

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regularum Philosophicarum Disputatio XXI. continens Regulas IIX. e quibus quatour pertinent ad doctrinam De Bono & Malo quartuor ad doctrinam De Perfecto

urn:nbn:de:bsz:31-102400

Regularum Philosophicarum

DISPUTATIO XXI.

continens

REGULAS IX.

è quibus quatuor pertinent ad doctrinam

DE BONO & MALO.

quatuor ad doctrinam

DE PERFECTO.

Conjungimus cum Bono & Malo perfectum & imperfectum, propter ea, quod cùm bonum dupliciter dicatur, alteri scilicet, & in se; bonum in se spectatum, consistat in perfectione, cui opponitur imperf ectio.

REGULA I.

Includens perfectius est quolibet inclusò.

I. Obslat. quod homo coecus includit hominem, nec tamen homo coecus est perfectior homine. II. Christus, tanquam persona composita, includit τὸν λόγον & humanam naturam; Christus tamen, ut persona composita, non est perfectior τῷ λόγῳ, cùm impossibile sit, ut quid Deus sit perfectius.

II. Resp. Dicendum est, quod, cùm quodlibet includens, comparatum cum quolibet inclusò, ipsi aliquid superaddat, seu aliquid ultra id includat, (quandoquidem includens semper plura im-

por-

portat eō, quod includitur) possit id duplūciter fieri. Nam vel id, quod ultra inclusum, cum quo comparatur, includit, aliquam importat perfectionem; quomodo caput includit nasum, quia ultra eum includit oculos, aures, &c. quae positivum quid sunt, & certam perfectionem obtinent, vel nullam importat perfectionem, sed p[ro]pter imperfectionem quomodo homo cœcus includit hominem, quia cœcitas, quam ultra hominem solam includit, privatio est cuiusdam perfectionis, nempe visus, non perfectio.

III. Jam dico: includens perfectius est quolibet inclusō, si scilicet id, quod præter ipsū includit, perfectionem importat. Addendum & hoc, nisi illud, quod includit, & cum quo comparatur in perfectione, sit perfectionis infinitus: quod enim perfectionem infinitam habet, eō nihil perfectius cogitari potest.

IV. Atque inde patet responsio ad ea, quae §. I. fuerunt adducta. Quod enim in illis non valeat Regula, causa est, quod id, quod homo cœcus præter hominem includit, non perfectio, sed negatio perfectionis est, & quod ὁ λόγος est ens infinita perfectionis.

V. Zimara theor. X. statuit, formam esse perfectiorem composito. At contra hoc est Aristoteles II. de animā t. 2. ubi comparans corpora, quae composita sunt, cum materiā & formā, dicit, ea esse maxime substantias. Et argumentamur nos ex nostra Regulā:

Quicquid
ipsu[m]
one
Sed cor
ultr
fect
incl
ctio
ced
sitiv
Ergo c
Plura hāc
IV. s. VII
VI. Fo
tele I. Rh
tauciorib
im borum
quod sape
includens
tat, & in e
illis, quae
clusum: u
ita ut an
mo &

Quicquid ita aliquid includit, ut id, quod ultra ipsum includit, importet quandam perfectiōnem, illud ipso est perfectius.

Sed compositum ita includit formā, ut id, quod ultra eam includit, importet quantam perfectionē: compositum enim ultra formā includit materiam, quam etsi Zimara perfectionem ullam dicere neget, id tamen concedi non potest, cūm materia sit aliquid positivum, quod sine perfectione esse nequit.

Ergo compositum est formā perfectius.

Pura hāc de re vide apud Suarez, *disp. Metaph.* *XVII.*

VI. Fundatur autem Regula nostra in Aristotele *I. Rhet.* VII ubi dicit, *necessē esse plura uno & paucioribus, connumerato uno vel paucioribus materialiumorum esse.* Et addit rationē: *propterea, quod superat, at quod inest, superatur.* Atqui includens respectu cuiuslibet inclusi plura importat, & in eo, scilicet in includente, vel in pluribus illis, quæ includit, connumeratur quodlibet includsum: ut homo plura importat, quam anima, ita ut anima connumeretur, (includit enim homo & animam & corpus) includens ergo est maius bonum, quam quodlibet includsum.

REGU.

REGULA II.

Quod est diuturnius & stabilissus, magis est eligendum, quam id, quod est minus tale. Aristoteles I. Top. c. I.

Vel :

Quo quid diuturnius est, eo est praestans.

I. Ita bona animi praestare bonis corporis & fortunæ, vel inde probari potest, quod illa firmiora sint & durabiliora, propterea, quod magis sint in potestate nostrâ, hæc autem minus stabilia, quod extra nos & casui magis obnoxia sint. Ita Studiosus si majorem temporis partem libris & studiis liberalibus tribuit, preferendus est iis, qui studiis parum, aliis autem rebus plus temporis impendunt.

II. Possimus eodem modo argumentum hoc accommodate rebus malis. *Nam malum diuturnius deestabilius est eo, quod est minus diuturnum.* Et hanc eriam ob causam æterna damnatio omnibus aliis malis pejor est, hoc ipso, quod æterna est. Ita Aristoteles asserit, illiberalitatem esse maius malum prodigalitate: quod vel inde patet, quia est diuturnior, vel, ut Aristoteles ibi loquitur, illa est æviat, incurabilis, hæc vero.

III. Verum objici hæc potest: I. Si diuturniora

niora & stabiliora essent præstantiora, quercus est præstantior homine, & quivis abjectissimus lapillus præstantior rosa; sentire item præferendum est scientie. *I.* Sanitas est nobilior & majus bonum quam èveçia cum hac nunquam nobis conveniat, nisi illa adsit, hac autem deperdit à illa adesse possit.

IV. Ex hisce igitur certum est, non posse nos simpliciter ex diuturnitate de majori præstantiâ & autoritate judicare. Dicimus cum Dd. Venetio in præsentem locum Aristotelis: quod est durabilius & firmius, esse præstantius. *I.* si id, quod exceditur tempore sive duratione aut firmitate, non excedat in aliquo alio; quod sit majus aut præstantius quam id, in quo exceditur. Hinc ergo quercus homine, lapillus rosa, & sentire scientiâ præstantius bonum non est, quia natura, quâ parte homo quercum, rosa lapillum, & scientia sensim excedit, est præstantius & nobilis duratione. *II.* Nisi contingat, ipsum diuturnius in minus diuturno contineri: includens enim sive continens perfectius est quolibet inclusu. Ethoc modo sanitas non est præstantior èveçia.

V. Breviter puto dici posse: diuturnius esse melius cæteris paribus, aut, si alias id, quod est minus diuturnum, sit melius. Ita si duo ædificia in bonitate & commoditate sint paria, id quod stabilius & perfectius est, alteri longè præferendum est. At quercus non est præstantior homine, quia in cæteris

teris homo & quercus non sunt paria, sed præcisâ duratione, homo longè nobilior est.

REGULA III.

Desiderium boni imperfectioris cessat acquisitò perfectiori.

I. Ex eō, quod acquisito bono perfectiori cessat desiderium boni imperfectioris, probare quidam conantur, *materiam*, quando est sub formâ nobiliori, *v.g. hominis*, non appetere ignobiliorum, *v.g. lapidis*, & sic tollunt appetitum materiæ universalis.

II. Sed sciendum est, appetitum esse duplicum, *elicitum & innatum*. Ille est actus secundus, quo aliquid fertur in bonum (sive apparet illud sit, sive reverâ bonum) præcedente cognitione, quæ vel est intellectus, & sic appetitus est actus voluntatis; vel sensus, & sic appetitus est actus appetitus sensitivi, qui in brutis etiam repetitur. Hic autem, nempe appetitus innatus, nihil aliud est, quam ipsa potentia naturalis, quatenus capax est suæ perfectionis, sine ulla præcedente cognitione: sicut materia dicitur appetere formam, quam non cognoscit, quatenus ejus, tanquam perfectionis suæ, capax est.

III. Jam dico, præsens effatum intelligendum esse de appetitu seu desiderio non innato, sed elicito. Desiderium elicitum ex cognitione oritur, sicut diximus. Quia igitur cognitio potest variari & cessare, ideo & desiderium cessare & mutari potest.

potest.
bat affec
derium.
acquisita
duoris n
apprehen
vandas, r
bit Gabr
um verò
nihil ali
spectu p
mutari p
privata c
teria, cù
ignobilis
diu est su
est in ma
utrecte s

IV. V
spectu b
cesset, ac
qui in op
lerudine
tandam i
tem, qu
manet a
fediis a
gentum

porest. Cessante igitur cognitione, quæ excitat affectum desiderii inferioris, cessat ipsum desiderium. Idèo autem illam cognitionem cessare acquisitâ re perfectiori, quod in præsentia rei perfectioris nihil sit, & parvi estimatur ignobilior, & non apprehenditur ut conveniens pro indigenitâ sublevandâ, vel ex ratione, ob quam desiderabatur, scribit Gabr. Vazquez Part. disp. XXXIV. Desiderium verò innatum cùm ex naturâ ortum habeat, & nihil aliud sit, quam ipsamē potentia naturalis respectu perfectionis, quâ privata est, nullâ ratione mutari potest aut extingui, quamdiu ipsa' potentia privata manet. Ex quibus patet appetitum materiae, cùm sit innatus, non cessare respectu formæ ignobilioris, quando est sub nobiliore, quia quâ diu est sub nobiliore, privata est ignobiliori. Nec est in materiâ judicium ad formarum electionem, ut recte scribit Scaliger Exerc. LXI. Sct. I.

IV. Verum ne de appetitu elicito quidem respectu boni imperfectioris verū esse videtur, quod cesseret, acquisitō perfectiori. Quid enim? Annon qui inops simul est & ægrotus, appetit bonam valetudinem & bonæ fortunæ, quæ ad vitam sustentandam sunt necessaria? Recuperatā sanitatem autem, quæ est bonum perfectius opibus externis manet appetitus divitiarum. Ita aurum etiam perfectius argento est: qui autem aurum posidet, aargentum propterea non respuit.

M m m

V.

d præcisâ
sat ac.
tiori ces-
bare qui-
Sub formâ
biliorem,
eriae uni-
Te dupli-
is secun-
apparens
e cogni-
tus est
us est a-
m repe-
atus, ni-
s, qua-
a præce-
appere-
us ejus,
endum
sed eli-
oritur,
et varia-
murari
potest,

V. Puto dicendum : appetitum seu desiderium boni imperfectioris tolli acquisitō perfectioni, si illa duo bona concipientur tanquam inter se repugnantia, ita ut ea simul habere nolimus. At quando aliqua bona concipiimus, tanquam inter se non repugnantia, sed quæ simul obtineri queant, non est necesse, tolli appetitum imperfectioris acquisitionē perfectioni : id quod probatur per ea, quæ s. p̄t. sunt adducta.

VI. Dixi autem, si concipientur tanquam inter se repugnantia, quia si repugnant, nec tamen repugnare existimentur, potest unum appeti etiam acquisitionē alterō. Similiter etiam, aliqua bona concipi tanquam repugnantia, et si reverā non repugnant, sufficit ad hoc, ut habitō uno alterum non appetatur. Quod & ad ipsam rationem boni imperfectioris & imperfectioris accommodandum. Nempe, appetitus boni imperfectioris cessat acquisitionē perfectiori, sive reverā tale sit, sive tantum exigitur esse. Nimurum, quando agitur de bono respectu appetitus, perpetuō ante oculos habendum est illud Aristotelis *II. Phys. r. 31.* Nihil autem resert, bonum ipsum dicatur, an quod appareat bonum. Vide eundem quoque *III. Eth. c. IV.* Et ratio est, quod bonum non movet appetitum, nisi mediante cognitione. Et proinde perinde est. Sive reverā bonum sit, sive non, modō ut tale cognoscatur.

VII. Videtur autem & hoc observandum : esse :

esse; nempe, Regulam non tantum intelligendam
est de eo, quod in se, & absolute est perfectius, sed
& de eo, quod est convenientius & melius appetenti.
Uli quis induitus sic ueste pretiore, potest desi-
derare viliorem. & quam scit esse viliorem, sed quæ
pro constitutione aëris aut aliarum circumstanti-
um sit commendior.

REGULA IV.

Ex duobus malis minus est eligendum.

I. Ita intelligendum est: *Quando occurruunt duo
mala, quorum necessariò alterum est eligendum, nec
sunt potest, ut utrumque evites, tunc eligendum est
id, quod est minus.* Ut cum obortâ tempestate,
aut moriendum mercatori est, aut merces in ma-
te projiciendæ, merces utique projiciuntur. Et
haec sunt duo mala pœnæ; quamvis & malum cul-
pe non nunquam concurrat: ut si quis se potius in
mortem dare, quam vivere, & mercium jacturam
facere velit. Et sane quandocunque duorum ma-
lorum, quorum utrumq; vitare non licet, alterum
culpæ est, alterum pœnæ, malum pœnæ eligendum.
*If præ malo culpæ, cùm hoc majus sit, & omnis ele-
gio mali culpæ sit illicita & prohibita.*

II. Sed quid si duo mala culpæ offerantur? Ut
quis te cogere velit, ut hunc vel illum hominem
occidas, aut bona ipsius furto auferas, intermi-
nata morte, nū feceris? Resp. Quandocunque

Mmm z duo

desideri.
sectori,
rse repa-
At quan-
er se non
ant, non
acquisi-
, que s.

am inter
en repu-
tiam ac-
ona con-
on repu-
rum non
oni per-
n. Nem-
acquisitio
m exissi-
de bond
s haben-
al autem
aret bo-
V. Etta-
um, nisi
de est, &
tale co-
ndum
esse:

duo mala culpæ offeruntur, neutrum est eligendum, sed potes utrumque respuere. Datur enim tertium, ne tempè malle mori, idque patet in præsentí exemplo. Si enim mortem contemnas potius, quām tanta peccata perpetras, ab utrōque peccātō eris immunis. Et huc pertinet, quod Aristoteles *III. Eth cap. I.* scribit, *in aliquibus, inquiens, fortassis nulla vis valet, sed potius moriendum est, patiendum maximè terribilia.*

REGULA V.

Si maximum maximo præstat, etiam genera generibus præstant.

Et :

Quæcunque genera generibus præstant, etiam maximum maximo. Aristoteles I. Rhet. VII.

I. Sensus est: *Quando sunt duo genera, si, quod est sub uno genere maximum, præstat illi, quod est sub altero genere maximum, tunc illud genus alteri generi præstat.* Et vice versa: *Si unum genus alteri præstat, oportet ut maximum illius generis præset maximo alterius generis.*

II. Quod quidem non tantum de magnitudine molis intelligendum est, sed & virtutis seu perfectionis. Illuc liquidem perfectius alterō est, cuius perfectissimum est perfectius alterius perfectissimō, & vice versa. V. gr. (dicit Aristoteles) si

ma.

maximus
timajore
mulierib
muliere c
major in
runt maj
Rhenanu
ma specie
st melio
Klingenb
ductis, ge
nā prædi
communi
miviri, n

Bonum c

I. Ob
tius prop
tem, quo
festa, qui
hac auter
magis pr
ut haber
quod II. e
lans ait, n
munem fi

maximus vir maximâ muliere major est, utique vi-
timajores erunt mulieribus; & si viri majores sunt
mulieribus, oportet maximum virum maximâ
muliere esse majorem. Ita si maximus JCtus est
major maximo Medicō, etiam generatim JCti e-
sunt majores Medicis. Hinc probatur, vinum
Rhenanum vinô Francicô melius esse, quia opti-
ma species vini Rhenani, nempe Bacharachianum,
est melior optima specie vini Francici, quod est
Klingenbergense. Patet autem ex exemplis ad-
ductis, genus hic non ita strictè accipi, ut in doctri-
ni prædicabilium sumitur, sed latius pro magis
communi. Nam vir non est propriè genus maxi-
mivi, nec mulier maximæ mulieris.

REGULA VI.

Bonum commune præferendum est proprio.

Quod sumunt ex I. Eth.

Cap. I.

I. Obstat s. Si bonum commune est præstan-
dus propriō, sequitur, sensum scientia esse prio-
rem, quod absurdum. Consequentia est mani-
festa, quia illa omnibus animalibus communis,
hac autem soli homini propria est. II. Bonum
magis proprium præfertur bono magis communi,
ut habet Aristoteles II. Top. II. Quò pertinet,
quod II. de Republ. c. IIII contra Platonem dispu-
tans ait, magis diligi nepotem proprium, quam com-
munem filium. Et quis negaverit, præstare agrum.

M m m 3 pro

st eligen;
tur enim
n præsen-
as potius
e peccatō
ristoteles
iens, for-
est, pati-

m gene-

ant, et-

O-

s, si, quod

quod est

us alteri

us alteri

is preslet

nitudine

eu perse-

ō est, cu-

erfectis-

teles) si

ma.

próprium, quām cum aliis communē habere? III.
II. Rhet. VI. I. dicitur, quod rārius est, ei prāstante,
quod copiosius est, ut aurum ferro.

II. I. Notandum puto, Aristotelem I. Eth., non dicere, bonum commune prāstantius esse proprio sed potius id vēlē, quod bonum publicum prāstabilius sit bono aliquo solius. At certè commune esse, & publicum esse, non videntur unam & idem. Nam sensus e. c. est quid coīmune omnibus animalibus; ratio seu intellectus quid coīmune omnibus hominibus; intemperantia, avaritia, &c. sunt coīmutia multis hominibus; & tamen hæc publica non sunt. Verba Philosophi ita habent: Si idem sensus hominis & civitatis bonum sit, civitatis tamē bonum & consequi, & conservare, majus quidam esse & perfectius videretur. Enim verò preclarū nobiscum agatur, si id, quod vel unī solis sit utiliter, perire possimus: sed longè profectō est id pulchrum ac divinum, quod gentibus ac civitatibꝫ nūs sit.

III. Sed esto. Proponatur ita Regula: Bonum, commune prāstantius est proprio; non valet, ubi patres termini non sunt, sicut explicat Riccobonus. Jam patres termini non sunt sensus & scientia, sed seponendō hoc, quod sensus est communius quid, scientia est longè nobilior sensu. Vel dicendum ex Aristotele, & res eodem ferè recidere videntur, non procedere, quando non est idem bonum proprium & commune. Ita enim ille habet: Si idem sensus hominis & civitatis sit bonum, majus esse vide-

videtur, & non scien-
tia, & non patre-
bus. IV. II.
bonum c
mero boni
ingerpluri
vox exan-
nero, quo
minibus,
non idem
bus, nec e
ribus. D
speciei, q
lia anima
V. At
communi
alio bono
paretur, tu
posse acci
certè est
riti potes
speciebus
est, prāsta
uni specie
quod ipsi
tamen ut
communi
LIII. Top

videtur, bonum civitatis consequi & conservare.
Im Scientia & sensus non sunt idem bonum. Sic
gut patet responsio ad primum.

IV. II. Ulterius autem dicendum: posse dici
bonum commune duplenter, (1.) ita, ut idem nu-
mero bonum sit pluribus commune, quomodo unus
iger pluribus hereditibus communis est, & eadem
vox exauditur a multis. (2.) Ita, ut non sit idem nu-
mero, quomodo scientia est communis multis ho-
minibus, & sensus omnibus animalibus. Nam
non idem sensus numero est in omnibus animali-
bus, nec eadem numero scientia in diversis homi-
nibus. Dicitur autem scientia proprium respectu
speciei, quia est propria speciei humanae, nec ad al-
la animalia se extendit.

V. Attendingo jam bonum posteriori modo
commune, puto, si diversum specie bonum cum
dijo bono, specie vel etiam genere diverso, com-
paretur, tunc illam comparationem iterum bifariam
posse accipi: Vel enim comparatur bonum, quod
certe est adstrictum speciei, nec extra illam repe-
nit potest, cum bono, quod isti speciei cum aliis
speciebus commune est; & tunc, quod proprium
est, praestantius videtur communi. Quod etiam
uni speciei proprium est, praestantius est eo,
quod ipsi cum aliis commune est, si non semper
tamen ut plurimum. Et sic videtur de bono
communi & proprio loqui Aristoteles cit. cap. II.
L. III. Top. Vel comparatur deinde bonum cum

M m m + bo-

bonō diversae speciei & naturae, quatenus uni tantum speciei competit, sed unum actu à pluribus possidetur, aut majori copiâ reperitur, alterum à paucioribus, ejusque tanta non est copia. Ethocmodô ait Aristoteles *I Rhet. VII.* quod rarius est, esse præstantius eò, quod est copiosius, ut aurum ferro, ubi utrumque, tam aurum, quam ferrum, ab hominibus tantum possidetur, & non ab aliis animalibus. Quod si idem specie bonum cum seipso comparetur, quatenus illud vel pluribus commune est, vel uni tantum aut paucioribus competit, (ut, si scientia pluribus insit, vel paucioribus) sic puto aliud esse, aliquid esse in se & sibi naturā præstantius, aliud à pluribus vel paucioribus haberi, esse præstantius. Ejusmodi rei, uis scientiae, eadem est dignitas in se & sibi naturā, sive pluribus, sive paucioribus competit, & frequentius vel rarius reperiatur. Præstantius tamen videtur, pluribus aliquod bonum competere, quam paucioribus, & frequentius id esse, quam rarius; nisi forsitan ex accidente aliter contingat: ut, si scientia quod rarior est, eò majori in pretiō habeatur; aut si multitudo eruditorum aut pecunia potius ob sit Reipublicæ, quam pro sit.

VI. Id præterea non est omittendum, bonum esse commune, fieri dupliciter: I. Ita, ut nulli possidentium aliquide ejus detrahatur per hoc, quod alii commune est: quod modô, si multi unius scientie gnari sint, nemo eorum scientiam habet per hoc, quod

quod ali omnibus bitur visi possident modo ag in Repu Et quod ut sit pra præstant præstat Priori au ferendu stipulis c paucior

VII.
Inter id,
huius alter
à plurib
tim pos
commun
quæ per
sive à p
tibus au

quod alii eandem callent; & quod lumen Solis omnibus commune est, per hoc nihil tuo detrahitur visui. *U. Ut detrahatur aliquid per hoc cuivis possidentium;* quod cum aliis commune est: quomodo ager pluribus haeredibus communis est, & in Republicâ Platonis liberi erant communes. Et quod hunc modo commune est, tantum abest, ut sit præstantius proprio, ut potius proprium sit præstantius communis. Sic enim ager proprius præstat communi, & filius proprius communis. Prior autem modo communius videretur esse præferendum: ut vox Præceptoris, quæ à multis discipulis exaudiri potest, præferenda est ei, quæ à paucioribus.

VII. Quanquam hic sèpè distinguendum est inter id, quod est absolute melius, & id, quod est melius alteri. Ager enim in se non est melior, sive à pluribus, sive à paucioribus possideatur. Intervit possidenti melior est proprius ager quam communis, & vox Præceptoris eadem in se, & à quæ perfecta esse potest, sive à pluribus audiat, sive à paucioribus; quamvis melius sit, si à pluribus audiat. Atque hisce simul enucleata est

REGULA VII.

*Bonum proprium est præstantius
communi.*

Ex III. Topicor. Cap. II.

Mmm 5

REGU-

REGULA IX.

Bonum publicum præferendum est
privato.

I. Diximus in præcedentibus, non idesse publicum & commune. Cùm igitur jam comparaverimus bonum commune & proprium, conseruamus etiam publicum cum privato, imprimis, cùm verba Aristotelis, ex quibus hanc propositionem: *Bonum commune præstantius est proprio, desumunt, de publico loquantur, eaque à nobis in præcedentibus adducta sint: Volumus enim nihil aliud hâc Regulâ, quam quod Aristoteles ait: Si idem unius hominis & civitatis bonum sit; civitatibus tamen bonum & consequi, & conservare, magis quiddam esse & perfectius videtur.*

II. Sed hîc dubium erit, quod post Deum maximè meipsum debeam diligere. Sed civitas non est Deus. E. magis me ipsum debeo diligere, quam civitatem. Et per consequens oportet me magis intentum esse ad id, quod mihi est bonum, quam quod civitati.

III. Apponemus responcionem & verba Burrai in præsentem textum. *Dico, inquit, secundum quod mihi videtur, quod magis debeat & tenor procurare bonum civitatis, cuius ego sum pars, quam proprium meum bonum, quia in hoc, quod proculo bonum tali civitati, procaro bonum mihi ipsi; magis tamen tenor procurare mihi ipsi bonum*

bonum,
hoc vide
dem est
trit, que
civitata
majus b
vitatt,
seita e:
bonum
re id b
pars. i
quam r
spicere
solvitu

V

bonum, quam civitati, cuius non sum pars. Et
hoc videtur Philosophus dicere in litera, (sienim i-
dem est bonum unius civitatis, magis & perfectius
tum, quod civitatis) unde si idem bonum sit mihi &
civitatis, quod contingit, si sum pars civitatis, tunc
magis bonum. & perfectius est procurare bonum ci-
vitatis, quam mihi ipse. Velfortè posset aliquid es-
sita excellens bonum mihi, quod esset modicum
bonum toti civitati, & tunc magis teneor procurar-
e id bonum mihi, quam toti civitati, cuius sum
pars. Unde magis debeo magnum bonum civitati,
quam modicum bonum mihi procurare. Unde re-
spicendum est ad quantitatem boni. Et per hoc
solvitur dubitatio. Hæc Burlæus.

Regularum Philosophicarum

DISPUTATIO XXII.

eaque ultima,

continens

REGULAS IX.

pertinentes ad doctrinam

PROPOSITIONUM.

Vidimus hæc tenus Regulas quæ ^{τὰ} ^{τένει} ^{οὐ} ^{πλοκῆς}, seu terminos ipsos simplices con-
cernunt, claudet agmen Titulus, sub quo
Regulae nonnullæ de propositioni-
bus militabunt.

REGU-